

Cum autem turba plurima conueniret & de ciuitatibus properarent ad eum · dixit per similitudinem ·
Exiit qui seminat seminare semen suum · & dum seminat aliud cecidit secus uiam & conculcatum est
& uolucres caeli comederunt illud · Et aliud cecidit supra petram & natum aruit · quia non habebat
humorem · Et aliud cecidit inter spinas · & simul exortae spinae suffocauerunt illud · Et aliud cecidit
in terram bonam · & ortum fecit fructum centuplum · haec dicens clamabat · Qui habet aures
audiendi audiat · Interrogabant autem eum discipuli eius quae esset haec parabola · Quibus ipse dixit ·
Vobis datum est nosse mysterium regni dei ·
Ceteris autem in parabolis · Ut uidentes non uideant
& audientes non intellegant ·
Est autem haec parabola · semen est uerbum dei ·
Qui autem secus uiam sunt hi sunt qui audiunt ·
Deinde uenit diabolus & tollit uerbum de corde
eorum · ne credentes salui fiant · Nam qui super
petram · qui cum audierint cum gaudio suscipiunt
uerbum · & hi radices non habent · qui ad tempus credunt
& in tempore temptationis recedunt · Quod
autem in spinis cecidit hi sunt qui audierunt & sollicitudinibus & diuitiis & uoluptatibus uitae euntes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Stadt Nürnberg - Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/stbn_centVapp43b/0242